



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 1. Illustre testimonium de vanitate mundi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

CAPUT III.

Tertium motivum ductum ex vanitate mundi & confusione eorum qui mundo fidunt.

§. I.

Illustre Testimonium vanitatis mundi.

Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes. Vanitas vanitatum. & omnia vanitas Ecclesi. Hæc fuit quondam oratio Regis & hominum sapientissimi & regum potentissimi. Mundum appellat ipsam vanitatem, quasi hæc illi non specie tenus aut fortuito duntaxat accideret, sed hæc esset ejus natura atque essentia. Repetit idem verbum facile quinque diversa inflexione alterum alteri necens more Hebræorum apud quos ille loquendi modus vices superlativorum fungitur, ut significet mundum nihil aliud esse quam rem vanam & vanarum rerum omnium quæ exprimi possunt, vanissimam. His verò talibus verbis utitur Ecclesiastes perfectissima præditus cognitione atque experientia maxima. Illa enim protulit, postquam omni voluptate & delicijs quæ ex amplissimis hujus vitæ bonis percipi possunt, affluxisset. Postquam ædificasset sibi domos ex Jaspide

& lapidibus pretiosis, tantamque præcipuam
 copiam argenti in Hierusalem quasi lapidum
 2. Par. 9. Nomen sumit Ecclesiastæ sive divini
 Oratoris ut ostendat verba sua non velut ho-
 minum ab hominibus judicanda, sed ut ver-
 ba Dei accipienda esse. Nonnulli etiam ante
 pretum notant priusquam ea pronuntiare
 convocasse multitudinem sapientum
 temporis ut se concionantem audirent. De-
 nique Rex fuit divinitus electus, ut esset no-
 mine regum & mundi prodigium in cogniti-
 one veritatum naturalium & supernaturalium.
 Quare credibile non est tantum Monarcham
 tam longa experientia edoctum tam copiose
 luce cœlesti illustratum in tam celebri homo-
 num frequentia velut organum sancti Spiritus
 loquentem quidquam citra veritatem
 exaggerasse. Proinde ejus de vanitate mundi
 testimonium, quantumvis paradoxum ve-
 deatur tamquam verissimum oraculum re-
 stimari debet.

§. II.

Quare homines mundo fidant.

Quæ cum ita sint qui fieri potest ut nihil
 minus homines sic adhæreant huic vani-
 tati? An non sufficit tantæ testimonium auto-
 ritatis ad cognoscendam veritatem & renun-
 tian-